



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Defensio Abbatiæ Imperialis S. Maximini**

**Zyllesius, Nicolaus**

**Treveris, 1638**

33. Innocentij II. Pont. Max Bulla Consistorialis Data Indictione III. Anno  
MCXL.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-14268**

*INNOCENTII II. PONT. MAX.*

*Bulla Consistorialis Data Indictione III.*

*Anno MCXL.*

**I**NNOCENTIVS Episcopus Seruus Seruorum Dei, dilecto filio Sigero Ab-  
bati Monasterij S. Maximini, quod in suburbio Treuirensi situm est, eiusque  
Successoribus regulariter substituendis.

Incomprehensibilis & ineffabilis diuinæ mi-  
seratio potestatis nos hac prouidentia ratione in Apostolicæ Sedis administratione  
constituit, ut paternam de omnibus Ecclesijs



sollicitudinem gerere studeamus. Siquidem Sancta Romana Ecclesia, quæ à  
Deo sibi concessum omnium Ecclesiarum retinet principatum, tanquam dili-  
gens & mater singulis, ut debet, Ecclesijs instanti vigilantia prouidere. Ad ip-  
sam enim quasi ad caput, & matrem ab omnibus est concurrendum, ut eius vi-  
sceribus nutriantur, authoritate defendantur, & à suis oppressionibus releuen-  
tur: condecet igitur ut Ecclesiæ, & venerabili loca maximè quæ, ad speciale  
ius & singularē proprietatem Sanctæ Romanæ (cui Deo authore seruimus)  
spectant Ecclesiæ, specialioris prærogatiæ sortiantur honorem, & Apostolicæ  
authoritatis munimine roborentur. Quamobrem dilecte in Domino fili Sige-  
re Abbas, tuis actuorum fratrum iustis postulationibus clementius inclinati  
ad instar prædecessorum nostrorum, Sanctæ recordationis, Gregorij, Agapiti,  
Ioannis, item Ioannis & Leonis Noni, Romanorum Pontificum, Beati Maxi-  
mini Monast. cui authore Domino præsides sub Apostolicæ Sedis tutela &  
protectione suscipimus, & præsenti priuilegio communimus. Statuimus enim  
ut quascunque possessiones, quæcunque bona in Ecclesijs, villis, tertis cultis  
vel in cultis, seu alijs rebus eidem Monasterio in præsentiarum iuste & legiti-  
me possidet, aut in futurum concessionem Pontificum, liberalitate Regum, Im-  
peratorum vel Principum, oblatione fidelium, seu alijs iustis modis, Deo pro-  
pitio, poterit adipisci, tibi, tuisque Successoribus ac fratribus inib⁹ Domino pro  
tempore famulantibus firma in perpetuum, & illibata consistant. In quibus hæc  
proprijs duximus imprimenda vocabulis, in Archiepiscopatu Treuirensi villas  
cum Ecclesijs Bescha, Willera, Drudelinga, Murmiringa, Mambra, Daleheim,  
Frisinga, Tauena, Berga, cum appenditijs suis Emmelde, Luttrestrarra, Billi-  
cha, Marchidiūtum cum appenditijs suis, Oldinga, Schitelinga, Mudeuert,  
Mersche, Liniche cum pertinentijs suis, Euerlinga, Vœla, Ham cum appendi-  
tijs suis in pago Bidgouue, Ratersdorff, Buchstat, Frankingun, Ebbena, Metz-  
rich, Stedeheim, Enselinga, Simonis villa, Meisbreth, Kenne Insula, Lonquich,  
Vallis cum appenditijs suis, Riola, Lorche, Poliche, Decima cum appenditijs  
suis, Martini villa, Bumaga cum pertinentijs suis, Budelbach, Louena, Riuena-  
cha, Gunderhausun cum appenditijs suis, Prichena cum pertinentiis suis, Ec-  
clesiam de Talefangh, Ecclesiam de Remiche, Ecclesiam de Wimerskirche,  
Ecclesiam de Luneldorf, Ecclesiam de Cumiciaco, Ecclesiam de Steinsele, Ec-  
clesiam de Schoneberga, Ecclesiam de Betresdorff, in Archiepiscopatu Mo-

gunti-

guntino Ecclesiam Sancti Christophori cum domibus, & areolis in ipsa Civitate, Ecclesiam de Wyldenstein, Ecclesiam de Gozoluesheim, Ecclesiam de Albucha, Ecclesiam de Winheim, Ecclesiam de Flancheim, Ecclesiam de Hunsun, Item villas cum Suapeheim Euernesheim, Brieenheim, Buckenheim, Esenheim, Apula cum suis appenditijs, Scheringesfelt, Mammeldal, Siemera, in Archiepiscopatu Colonensi Oxesheim cum Ecclesia, Leccenic cum Ecclesia, Buddelar & Barwillere cum Ecclesia & appenditijs suis, in Episcopatu Leodensi A selbrunna cum Ecclesia, Curmeringa, Fractura, in Episcopatu Metensi, in ipsa Civitate domos cum areolis, vineis & agris. Ecclesiam de Theodonisvilla cum quinque mansis, Wilre cum Ecclesia, Ecclesiam de Lutzelkirche, Bisanga cum Ecclesia & suis pertinentijs, Wirtzkircka cum Ecclesia, Tincheris, Vrilcurt, Vkenisheim, plicationem quoq; Roueri fluuij, & vennam in eo constructam vobis nihilominus confirmamus, Ecclesiast intuper & alias possessiones ad præfatam Abbatiam pertinentes cum Décimis, & dotibus suis, & cunctas salicas decimationes, quas in usus hospitium, pauperum ac peregrinorum felicis memoriæ, Prædecessor noster Leo Papa, vestro Monasterio habendas concessit, vobis nihilominus confirmamus, libertatem etiam à Romanis Pontificibus, & religiosis Regibus sue Imperatoribus Monasterio nostro collatam, inuolatam seruari decernimus, ut videlicet idem locus nulli vñquam Sedi vel Ecclesiæ subdatur, sed sub Sancta Romanæ Ecclesiæ Iure, & patrocinio, & Imperatorum mundiburdio, seu tuitione consistens, ea libertate, & immunitate fruatur, quam idem Monasterium à Romanis Pontificibus & Imperatoribus noscitur habuisse. Nulla etiam cuiuslibet dignitatis persona, nisi ate vel tuo quolibet successore inuitata, infra præfatum Monasterium quicquam pro suo libitu audeat ordinare, vel ausu temerario exercere, obcunte vero to eiusdem loci Abbate, vel tuorum quolibet successorum nullus inibi qualibet surreptionis astutia, seu violentia præponatur, nisi quem Fratres communi assensu, seu pars consilij senioris secundum Dei timorem, & Beati Benedicti Regulam præuiderint eligendum. Sanè sepulturam ipsius loci liberam esse concedimus, ut eorum, qui se illie sepeliri deliberauerint deuotioni (nisi forte excommunicati sint) nullus obsistat. Decernimus ergo ut nulli vñquam Ecclesiastica, seculariue personæ liceat præfatum vestrum Monasterium temere perturbare, aut eius possessiones auferre, vel ablatas retinere, minuere sue quibuslibet fatigare molestijs, sed omnia integra conseruentur, eorum pro quorum gubernatione, & sustentatione concessa sunt vñibus omnimodis profutura. si qua igitur imposterum Ecclesiastica, seculariue persona hanc nostræ constitutionis paginam sciens contra eam venire tentauerit secundo, tertiove commonita, nisi reatum suum congrua satisfactione correxerit, potestatis honorisque sui dignitate careat, reumque se diuino Iudicio existere de perperata iniuritate cognoscat, & à sacratissimis corpore & sanguine Dei & Domini Redemptoris nostri Iesu Christi aliena fiat, atque in extremo examine distictæ vñctioni subiaceat. Cunctis autem eidem loco sua Iura seruantibus sit pax Domini nostri Iesu Christi quatenus & hic fructum bona actionis percipient, & apud supremum Iudicem præmia æternæ pacis inueniant. Amen, Amen, Amen.

Ego Innocentius  
Catholicæ Eccle-  
sæ Episcopus.



- \* Ego Anselmus Presbyter Cardinalis tituli S. Laurentij in Lucitia.
- \* Ego Chrisogonus Presbyter Card: tituli Sanctæ Praxedis.
- \* Ego Ivo Card: Presbyter S. Laurentij in Damaso.
- \* Ego GG. Cardinalis Presbyter tituli Sancti Calixti.
- \* Ego Ribaldus Presbyter Card. tituli Sanctæ Anastasiæ.
- \* Ego Wido Presbyter Card. tituli Sancti Chrisogoni.
- \* Ego Presbyter, tituli Pastoris Cardinalis Presbyter.
- \* Ego Goizo Presbyter Cardinalis tituli Sanctæ Ceciliae.
- \* Ego Conradus Sabiniensis Episcopus.
- \* Ego Theodeuinus Sanctæ Rufinæ Episcopus.
- \* Ego Albertus Albanensis Episcopus.
- \* Ego Gregorius Diaconus Cardinalis Sanctorum Sergij & Bachi.
- \* Ego Albericus Hostiensis Episcopus.
- \* Ego Otto Diaconus Cardinalis S. Gregorij ad velum aureum.
- \* Ego Vasallus Diaconus Card. S. Eustachii iuxta templum Agtippæ.
- \* Ego Hubaldus Diaconus Card. S. Mariæ in via lata.
- \* Ego Octavianus Diaconus Card. S. Nicolai in carcere.
- \* Ego Guido Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Diaconus Cardithalis.

Datum Laterani per manum Almerici Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Diaconi.  
Cardinalis & Cancellarii secundo Nonas Maii. Indictione tertia. Anno Incar-  
nationis Dominice MCXL. Pontificatus vero Domini Innocentii secundi,  
Papæ Anno undecimo, &c.



Hb

Fri-